

Fk 67
4

X 2120 682

Nat 4, 823

Schmitt

94

Z e
4165

HERENA JULIANA SCHULTIA
NATA COELBELIA
**LESSUS
MARITALIS.**

†

CYGNÆ, Literis Bittorffianis.



Hcu

(a) Apoc. 17. (b) 21. (c) Gen. 22. 24. conf. D. 2. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.





HELENA JULIANA SCHULTTIA,
NATA COELBELIA.

Anagr.

Non ea | abeat ? | cantat illic JESU Hallelujah. (a)
 | beata |

HEu quorsum properas RAHEL dilecta? VOLUNTAS
Quorsum fixa boni me jubet ire DEI.
Forfitan infensi nobis est ista voluntas?
Tam bonus est, possit ne malè velle suis.

Nec fatis ardenti te sum complexus amore?

Integritas constans, purus amorque fuit.

Vincula conjugii respuis gratissima nostri?

Vincula rupta semel cælica vita fugit.

Restituar quondam, sed non ut pristina conjux;

Quod carnem sapit, id cessat in arce poli.

Respice me solum, quem cura domestica tangit:

In DOMINUM curas conjice, chare, tuas: (b)

Et Natam morum te formatrice carentem:

Sit pia, materni sit monitique memor.

Flexilis in vitium est tenera ætas ista: revela

Ipsi virtutum specula lecta, Pater.

Quis verò mœstæ dispellet tædia vitæ?

Tecum habita, & fac, quod fecit Enochus,
idem. (c)

Cum DOMINO nimirum amblasse refertur Enochus.

Hoc volo, nec tali vita beata magis.

Ut taceam, mutos te tot stipare Magistros,

Quos in deliciis non latet esse tibi.

Nonne fleam mea damna miser, quibus obruor? illa

Flere licet, fletus sed cohibere decet. (d)

Heu

(a) Apoc. 19, 1. (b) Ps. 55, 23. (c) Gen. 5, 22, 24. conf. D. Spener.
Theolog. verè talem. P. II. Concion. Pœnitent. Conc. 10. p. m. 247.
(d) Sir. 38, 17, 18.

Heu mihi, quot gemitus, suspiria quotve laceffas?

Permissu, licitum est ingemuisse, DEI. (e)
Verum ita suspires, ne pecces forsan, iniquâ
Ferre tibi impositam vel videare crucem.

Nulla revertendi est ad nostibi, CHARA, cupido?

Ut misso cœlo terrea tesqua petam?
Sat scio, vester amor vestras ex sede quietâ
Turbarum ad tricas me revocare vetat.

Esto, quod & posses mihi totum addicere mundum,
Quicquid & hæc in se machina vasta tenet;
Augiæ stabulum acciperem, Lernamque malorum,
Pabula & inferni non numeranda trucis.

Mundus, ubi impietas, crescitque Atheismus apertè,
Surgit & ex vitiis læta feraxque seges.

Mundus, ubi strepitant linguæ maledicere svetæ,
Atque patet Lucis læsio crebra sacræ.

Mundus, ubi obsequium, & dilectio mutua friget,
Illicitæ & Veneris prava libido furit.

Mundus, ubi furtum, mendacia & ardor habendi,
Alteriusque inhians, quâ queat arte, rei.

Mundus, ubi cultor Virtutum exesse jubetur,
Et tantum non est hæresis esse pium.

Servatoris Apostolicisque insistere normis,
Stultitia explosa est, simplicitasque ferè.

Quamvis hæc placidè tolerantes probra beatos
Veridico CHRISTUS prædicet ore suo. (f)

Mundus & hic tanti tibi, CHARE, videbitur, illum
Ut repetam, cœlum posthabeamque solo?

Delicias tamen at multas complectitur in se

Mundus, quas variis scit variare modis.

Adde etiam instabiles, plerumq; & crimine mixtas,
Nausea quas sequitur sæpe, gravisque dolor.

Laudo delicias, queis terminus haud erit ullus,
Visio queis salvam me facit alma DEI.

Aurum habet & gemmas, pretiosaque munera plura:

Omnia postremo sed peritura die. (g)
Ergò sollicitam, DILECTE exporrige frontem,
Talibus his gaude deliciisque meis.

Tra-

(e) Ezech. 24, 17. (f) Luc. 6, 22, 23. (g) 2. Pet. 3, 10, 11.

Le 4/05/77
Tramite & angusto, per & arctam incedere por-
Ceu tua cura fuit, fit quoque porrò tibi. (tam,
Et simili ut gressu vestigia nostra sequatur,
Natam curatè commonuisse stude.
Dilige Coniunctos, fidam Trigamq; SOR OREM,
AFFINI & cultum perge probare tuum.
Atque mea ulterius remorari gaudia cessa,
Finio: fide DEO, chare Marite, Vale!

Sic faciam. Statuat de me divina Voluntas;
Sanet, quæ ferit, vulnera, sancta Manus!
Gratemur NOSTRÆ, quotquot lugemus Eandem,
Illa quod Angelicis associata choris
Evafit subito centena pericula, nobis
Quæ quovis prostant submetuenda die.
Hinc EA NON ABEAT promptò ad cœlestia tempe
Contra Morbonæ &, spicula tuta, Necis?
Illic dumque suo Hallelujah cantat JĒSU,
NON EA propterea jure BEATA cluit?
Jure beata cluit. Simili me sorte beabit
JOVA, fide simili si bene funus agam.
Quam dederat DOMINUS, DOMINUS quoque sustulit idem.
Laus DOMINI maneat semper in ore meo!

Eteostichon.

Septembris ter nona Dies fVIt orta, nigrantI
ConIVgII VIvVs soL Vbi nVbe tegI.

In Dialogo hoc
Desideratissimæ Conjugis suæ memoriæ
facro
si quis elegantiam desideret,
aut
Elisionum notet frequentiam,
cogitabit *συμπαράγων*,
non nisi horridum sonans, nec limratius quid
expectari jam posse
a
turbatissimo, & asperrimum Elisionis
genus experto Viduo
RUDOLPH. FRID. SCHULTZ



Wan

MC

FK 67
4

X 2120 682

Lat 4, 523

Schultz

94

Z e
4165

LESSU MARITA

†
CYGNEÆ, Literis Bittor.

